

V I R I S

Summe REVERENDIS atq; EXCELLENTISSIMIS,

CHRISTIANO HAGMAJERO,

SS. Theologiæ Doctori & Professori Publ. Profundissimo,
Illustris Stipendii Theol. Superattendanti Gravissimo,
& ad Templum Georgianum Ecclesiastæ
Facundissimo;

nec non

JOH. EBERHARDO ROESLERO,

Philosophiæ Practicæ Professori Publ. Ord. Meritissimo,
Ducalis Stipendii Ephoro Vigilantissimo, & Pædagogarchæ Dignissimo,

PATRONIS atq; FAUTORIBUS SUIS,
debito Honoris atq; obsequii cultu prosequendis:

Hanc suam Collegiorum in Stipendio adhuc habitorum *Excedens*,
quam

primum in MSCtis Schedis privatum *iis* offerre debuit,
easdem Auditoribus explanandi veniam petiturus,
jam vero propter sperandum ex *iis*, ob materiæ utilitatem necessitatemq;
commune, aut certe quorundam φιλεθερων emolumentum,
publicis illas typis exscribendas tradens,

& cum debita gratia mentis significatione,
pro concessa benevole licentia, isthac aperiendi Collegia,
& cum sincera omnigena felicitatis appreceptione,
calidis porro precibus à Deo confirmanda,

nunc Academiam (si DEO ac PRINCIPI fuerit vixum) proxime relituru*m*,
vice secunda submisse exhibere voluit,
Favori eorundem ulteriori propositum suum commendaturus,

Cultor eorundem perpetuo obligatus,

AUCTOR.

VIR
ILLUSTRISSIME atq; EXCELLENTISSIME,
DOMINE longe GRATIOSISSIME!

Nunquam ausus egomet fuisse, VIR ILLUSTRISSIME EXCELLENTISSIMEQUE! ad TE accedere cum Libello hocce Academico: nisi partem ipsa rerum mearum summa necessitas, partem singularis Tua erga literatos *cujus*-cunque generis Clementia eam mihi licentiam in præsentiarum persuassissent. Quærebatur ante aliquot septimanas, GRATIOSISSIMO præsertim Tuu ntu atque jussu, VIR ILLUSTRISSIME! qui vacantem Rectoris Montisbeligardensis stationem rursus implere posset. Jam cum ego illarum, quæ de me agebantur, rerum plane ignarus, communi Promotorum *Senatus Ecclesiastici suffragio*, isti destinatus essem officio, idemque, Deo fortunante, haud sine fructu *Juventutis Montisbeligardensis* me curare decenter posse confiderem: non potui non ea de re TE nunc submissa mente etiam adire, Tuq; me *Clementia & prægrandi Patrocinio* de meliori commendare, quem *Potentissimus* & que ac *Serenissimus Noster PRINCEPS*, *Comitatus* istius *Montisbeligardensis* *GOVERNATOREM* eumque *Supremum* constituit.

Quan-

Quandoquidem verò suum TE *Mecanatem* Musæ
omnes, præcipue *Wirtembergicæ* venerantur: nullus
dubitare debui, quin mihi & liceat & incumbat quoq;
ILLUSTRISSIMO Nominis TUO humillime nunc
inscribere præsentem meum porro etiam edendorum
Speciminum Prodromum, in quo & Collegia Philo-
logica in Ducali Stipendio adhuc a me Repetente ha-
bita delineavi, & observationum Criticarum brevem
Fasciculum adjeci, & scripta porro edenda Philolo-
gica orbi Erudito ante oculos proposui. Quod restat,
ILLUSTRISSIME S. R. I. Comes! dum TUÆ me
trado *Clientela*, omnemque in demandando mihi mu-
nere isto fidem ac industriam sancte polliceor: Deum
immortalem supplex veneror, ut TE VIR EXCEL-
LENTISSIME! una cum tota *Domo TUA* ILLU-
STRISSIMA, omni felicitatis genere jugiter beet at-
que coronet. Ita toto pectore precatur atque exoptat,
qui Tuæ sese Clementiæ atque Patrocinio, ea, qua fas
est, animi reverentia enixe commendat

ILLUSTRISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI
Nominis Tui,

Cultor atque Cliens submississimus,

Dissertationis hujus Auctor

M. DAV. FRID. MEGERLIN,
Ill. Stipend. Collegii Repetentium Senior.